

Le livre des serfs de Marmoutier, Appendix, Nr. 12

Notum fiat omnibus Christianis et maxime successoribus nostris, quod Archembaldus, prepositus de castro Vindocino, dedit Sancto Martino Majoris Monasterii tria quarteria terrae, ad Sanctum Medardum juxta ortum. Solvit autem illa pars terrae IIIor denarios de censu, ad missam sancti Mauricii. Hujus rei testes hi sunt: Germundus monachus, Rotbertus monachus, Otbertus filius Sevuini, Hugo Chadebertus, Landricus homo Archembaldi, Godefredus consanguinerius Ternerii, Haimo mediator, Hermoinus mediator, Guismandus homo Sancti Martini, Giroardus servus Sancti Martini.